



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 4. De consensu requisito ad validitatem contractus,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

Tertia diuisio est; quod alius sit licitus, qui secundum legem, & aequitatem sit; alius vero illicitus, ut simoniacus, usurarius, & omnis alius qui contra legem, aequitatemque sit.

Quarta est, quod alius sit temporalis, id est, ad certum tempus tantum, & alius perpetuus, id est, semper duratus.

Quinta est, quod alius fiat re, alius verbis, alius scriptura, alius consensu: eadem ratione, qua in sequenti cap. sexto dicitur de pacto, in qua illius diuisione posita proxime ante primum documentum.

23.

Sexta, quod alii sint bona fidei: ut venditio, locatio, societas, & ceteri qui commemorantur in §. Actionum, Institutionis, De actionibus: alij vero sunt stricti iuris; ut mutuum stipulatio & arbitrium. Non dicuntur autem bona fidei, quod in eis solis inueniri debeat bona fides: quia in omni contractu ea debet interuenire, ex lege, Bonam fidem, Cod. De obligationibus & actionibus; sed quod in illis Index debet iudicare ex a quo & bono, quantum ad id quod restituendum est vel compensandum; non autem ex rigore legis scriptive iuris: sicut in aliis, qui ex eo dicuntur stricti iuris, quod in illis iudicandum sit ex rigore legis, iurisive scriptarumque ex rigore conventionis facte inter contrahentes. De hac contractuum distinctione plura qui volet videre potest apud Cesar. ad regulam, P. S. par. 2. §. 6. aut Iudicium Melinam in tract. 2. de iust. & iure disputation. 259.

24.

Septima diuisio est; quod alii sint gratuiti, alii non gratuiti. Dicuntur gratuiti qui non sunt ob solutum pretium vel mercedem acceptam (vnde etiam dicuntur facti titulo gratioso) ut mutuum, comodatum, precarium, depositum, mandatum, fideiussio. Non gratuiti vero dicuntur qui sunt ob pretium vel mercedem, vel ob aliam quamcumque rem factam vel datam, vel faciendam, vel praestandam: vnde dicuntur etiam onerosi, quia obligatio soluendi pretium vel mercedem, vel rem aliam dandi vel faciendi est onus.

Octaua diuisio est; quod alii siant in gratiam tantum & bonum recipientes: ut mutuum & comodatum regulariter: alij vero siant in gratiam tantum dantis: ut depositum, & mandatum regulariter: alij demum siant in gratiam & bonum utriusque: ut emptio, locatio, permutatio, pignus, societas. Ideo dixi regulariter: quia depositum, mandatum, & comodatum aliquando sunt in bonum utriusque, nam depositario interdum permititur uti re deposita, & mandatum quo quis cum absente contrahit per litteras, ei commitendo ut merces, vel aliquid aliud pro se emat, de se quidem gratuitum est, sed interdum mandatarius ex eo commodum accipit, quod si sit loco mercedis, induc rationem locationis: interdum denique comodatum quis rem suam in propriam utilitatem: ut cum quis alteri comodat suam supellectilem ut communis amicus nomine ipsorum honorificentius excipiatur.

Nona diuisio est; quod alii siant per se seorsimque ab aliis contractibus separati: alij vero ex sua natura coniuncti sicut alii, & propter alios siant: huius generis sunt assuratio & fideiussio: & ex quorundam sententia pignus, atq; societas: prioris autem generis sunt ceteri.

25.

Postrem est; quod quidam sint, qui re vnius ad alterum transferunt quoad dominium: & quidam quoad sumfructum tantum: quidam autem quoad vsum tantum, & quidam denique quoad traditionem rei tantum. Ac rursus qui transferunt quoad dominium, vel transfrerunt gratis, ut do-  
natio gratuita & liberum legatum; vel non gratis: tuncque vel res datur pro re; ut vinum pro oleo, & est permutatio; ad quam reuocatur cambium, quod est lucrosa permutatio pecuniae pro pecunia: vel res pro pretio seu pro pecunia, & est emptio ac venditio: sub qua comprehenduntur negotiatio, societas & assuratio: vel res cuius vsum non distinguitur a domino, pro simili postea accipienda: ut mutuum, sub quo comprehenduntur contractus, quos vocant monutes pietatis.

26.

Ex iis vero contractibus qui rem transfrerunt quoad vsum fructum tantum, quidam transfrerunt in perpetuum & gratis, ut feudum, quo quis referuato sibi dominio, seu proprietate rei immobilis, puta domus vel pradij, in alterum transfrerunt dominium vtile, hoc est, fructus & emolumenta, idque

gratis seu nullo pretio, vel annua pensione petita; sed tantum seruicio personali: quale est quod vassalli debent suo Principi. Quidam vero, qui sive in perpetuum, sive etiam ad tempus dominium transfrerunt; non quidem gratis, sed pro annua pensione, ut emphyteus, quae cetera habens cum feudo communia, in hoc ab illo differt, quod non gratis, & tam ad regibus, quam in perpetuum fiat. Quibus duobus, possunt tanquam eiusdem generis, addi primo, contractus liuelarius, quo emphyteuta omne ius suum, quod habet in emphyteusi, trasferit in tertium, & id in perpetuum. Deinde census, qui est ius accipendi redditum annuum ex re aliena. Tertio, censualis pensio, quae est contractus, quo quis omne ius quod in rem aliquam habet transfrerit in alterum, pro pretio quidem; sed ita ut sibi nihilominus præstetur penitus annua. Et demum contractus superficiarius, quo quis rento sibi dominio directo, & proprietate soli, dat alteri superficiem fundi, id est, molendinum, vel domum, vel aliud edificium in eo existens: idque sive imposita pensione annua, sive non imposta (vtroque enim modo fieri potest) sic tamen ut idem finiat, pereunte ipsa superficie; hoc est, ut si domus vel molendinum vel aliud edificium cedat pereat, seu destruantur incendio, vel impetu aquarum, vel vi ventorum, vel alia ratione, talis contractus cesseret, nec detur potestas redificandi.

Ex iis porro contractibus qui rem transfrerunt quoad vsum tantum: quidam est, quo simpliciter vsum rei gratis transfrerunt, & dicitur comodatum, seu comodatio. Quidam vero quo vsum vnius rei transfrerunt pro visualiarius, & ditur permutata comodatio. Quidam demum quo vsum rei transfrerunt pro pretio, & dicitur locatio, & conductio.

Ex iis denique quibus tantum traditur res, quidam est quo traditur tantum ad custodiā: ut depositum seu depositio ad custodiā: quidam vero est quo res traditur ratione alicuius obligationis, vel fideiūs: & dicitur impiognatio, cum est rei mobilis: & hypothecatio, cum est rei immobilis. Ex tanta autem varietate soli ciuiles in hoc libro occurunt considerandi. Nam quae ad alios pertinente partim tradita iam sunt, partim tradentur in sequenti tomo.

## CAPUT IV.

De consensu requisito ad validitatem contractus.

## S V M M A R I V M

- 29 Consensus liber ad contractum validum requisitus est, & quomodo intelligendum sit contractus aliquis censare solo consensu.
- 30 Quando metus sit censendus leuis, & conditiones requisite, ut gravis censeatur.
- 31 Metus, etiam gravis, non efficit regulariter contractum invalidum, licet faciat in invaliditatem.
- 32 Contractus qui metus facit, cum requirant consensum librum cum conditione libertatis, sunt invalidi.
- 33 Propter solum merum gravum contractus irritantur in foro externo: in interno etiam propter leuem: & talis difference causa.
- 34 Metus ob quem irritus est contractus, debet prouenire a principio externo.
- 35 Debet quoque esse iniuste incussum.
- 36 Restitutio omnium est metu, etiam leui, extortum.
- 37 Qui metu aliquid extortis; & illud, & omne damnum inde secutum restituere tenetur: in quo si deficiat, qui eis operari fuerint, tenebuntur supplicare.
- 38 Metus reuerentia us quando tanquam gravis sufficiat ad rescindendum contractum.
- 39 Taceat ex metu reuerentiali, sufficit ad rescindendum contractum, qui contrahenti valde praesudicat.
- 40 Metus reuerentialis quod conscientia forum, sufficit ad obligationem restituendi quod acceptum fuerit.
- 41 Corollaria inde deducta.
- 42 Metus reuerentialis in quos cadat.
- 43 Quando contingat preces importunas inducere metum sufficien tem ad rescindendum contractum.

- 44 Quando sufficiente quoad forum conscientia et iudicamenta  
obligationem ad restitutioinem.
- 45 Error contingens in contractu, quid am est antecedens, &  
quid in contractu, hicque non impedit validitatem con-  
tractus.
- 46 Ille vero, saltem quoad forum conscientie, impedit.
- 47 Error contractum iure in validum, non validat.
- 48 Motu quibus contingit errorum antecedentem reddere inua-  
lidum contractum, cuius causa dedit.
- 49 Iuramentum non definit obligatiuum esse, & indigere di-  
spensatione, ex eo, quod apparet ut in contractu inuali-  
do, si fuerit posse alisque fiducie dispensatio.
- 50 Obligatio quam iuramentum inducit, apparet in contractu  
invalido.
- 51 Iuramentum apparet contractui invalido, ob tu p[ro]audi-  
gen quam contra ius habet, non confirmare ipsum.
- 52 Ne item confirmare cum, qui iuri & principaliter a iure  
annullatur ob fauorem publicam.
- 53 Confirmare autem cum, qui primo & principaliter annullat-  
ur ob fauorem publicum, excepit tribus causis.
- 54 Contractus meus graui aut do extortus non confirmatur  
iuramento.
- 55 Contractus factus contra prius iuramentum, valere potest.
- I In omni contractu liber consensus requiritur: quia con-  
tractus gignit in homine obligationem nascientem ex  
ipius consensu: quo tanquam particulari iuste, se alteri  
adstrinxit. Debet autem talis consensus, qui est actus interioris  
voluntatis, declarari signo externo: quia homo  
hominis obligari non potest per solum actum internum; quia  
natura sua latet, ac fugit hominis cognitionem. Quare  
cum quidam contractus dicuntur solo consensu constare,  
ut matrimoniū contrahiri solo consensu, non est ita intelligen-  
dum, quasi ad eos non requiratur consensus internus, ali-  
quo externo signo declaratus: puta nutu, aut alio sequiu-  
lente signo, vel verbis: sed quod ad eos consensus illiusmodi  
sufficiat (prout censetur sufficere ad emptiū, locationē  
societatis & mandati, ex lege, Consensu, De obligationib[us]  
& actionib[us]) cum ceteri contractus amplius requirant, vel  
traditionem rerum, ut mutuum, commodatum, pignus,  
depositum & indebitum: in quibus extra consensum con-  
trahentium requirunt ut interuenient res vni pacta data, ex  
titulo. Quibus modis acquiritur obligatio, Instituti. Vel re-  
quirant certainam verborum formam, ut stipulatio, Instituti,  
De verborum obligationibus: itemque fideiussio, quando-  
quidem verbis & stipulatione obligantur fideiussores. Vel  
denique requirant scripturam: non quidem iure naturae,  
sed humanae legis dispositione, vel conuentione partium.  
Hac enim ratione dantur nonnunquam mutationes &  
emptions, qua ex eo imperfecta conseruant, quod inter-  
venient scriptura confecta non sint. Ad statuendum autem  
quando tale quid contingat, inspicere oportet, an sit aliqua  
confitudo loci, vel conuentio inter partes: quae id ferat.  
Potest iudicandi de peccatis perpendenda sunt circa proposi-  
tum consensum, ea, quibus impediti potest ne sufficiat ad  
contractus validitatem; qualia sunt, metus, reuerentia, pre-  
ces importunæ, & error. Perpendendum est item iuramen-  
tum; tanquam ad eamdem validitatem efficiendam ali-  
quod robur addens. De quibus singulis documentis aliquot subiiciimus.

Documenta de metu, quo impediti potest propositus con-  
sensus ne sufficiat ad contractus vali-  
ditatem.

### SECTIO I.

PRAEMITTENDVM EST, quod plenus tractatus in  
precedentib[us]. cap. viiimo, metum alium esse leuem, &  
alium grauem. Atque leuem censeri, quando malum quod  
timetur, leue est quidem ex se, aut certe non timetur probabili-  
ter: sed homini meticulous, ex animi leuitate & fine  
probabiliter, graue, aut imminere videtur. Grauem  
vero censeri, concurrentibus quinque conditioni-  
bus (as citatis pluribus auctoribus refert Thomas Sanchez  
de matrimonio lib. 4. disput. 1.) quarum prima tenet se ex

parte metuentis, vt is non possit facile occurrere malo quod  
sibi metuit: nam si possit, leviter ac sine ratione metuere  
censebitur. Secunda ex parte incutientis metum: vt is valeat  
minas executioni mandare. Tertia ex parte eiusdem: vt sol-  
itus sit intentatas minas executioni mandare. Non enim  
est viri constantis, sed meticulous, timeret minas illius, qui aut  
eas equi non potest, aut qui facile iram deponeat, & nun-  
quam aut raro mandat executioni ea quæ minatur. Quarta  
ex parte mali, quod metuitur: & ipsum imminent: aliqui  
enim leviter vaneque, nec rationabilitet timeretur. Quinta  
ex parte eiusdem, vt ipsum sit malum vere graue, quod vir  
constant merito timeat; cuiusmodi sunt mors, seruitus, car-  
cer perpetuus, vincula, aut verbena, maximi cruciatus, infamia,  
dedecus, stuprum, & amissio patrimonii: non item alia,  
vt Sylvestris monachus in v. rbo Metus, sub suum num. primi, nisi in  
quantum possunt ad hæc reduci; quod arbitrio iudicis aut  
viri prudentis relinquuntur definitum: sicut & absolute  
quisnam sit metus grauius, prout communem sententiam es-  
se notat Nauar. in Enchir. cap. 22. num. 51. Addens in huiusmo-  
di arbitrio prudentis, præter obiectum, id est, mala imminentia,  
considerandas esse circunstancias fortitudinis vel fragili-  
tatis; non tantum sexus, verum etiam ætatis, ac innatae ma-  
gnitudinis vel paruitatis animi, aliorumque accidentium  
eius, qui metum patitur.

De his plenius Sanchez in seq[ue]ntia q[ui]est. 3. & 5. Ex quo in dis-  
puta. 4. adde calocum habere, sive talia mala timeantur in  
propria persona, sive in consanguinorum & aliorum inti-  
morum personis. Item ex disputa. 6. & 7. nonnunquam metu  
reuerentiale, id est, quo inferior reuerentia superioris,  
vt vxor, ma[re]s filius patris, &c. itemque importunæ pre-  
ces, indure rationem metus grauius, redditis contractum in-  
validabilem, & plerumque relinquere illum, in sua natura.

PRIMVM documentum aureum est. Metum non modo  
leuem, sed nec grauem, regulariter efficere in validum con-  
tractum: redderetamen, vt loquantur, in validabilem. Hoc ex  
glossa ad Cap. Abbas, Deis quæ vi, &c. communiter recep-  
tum esse notat Nauar. in Enchir. partim præludio 6. n. 6. par-  
tim c. 22. n. 30. Eius vero prior pars inde probatur, quod cum  
factum metu, absolute sit à voluntate libera (vt pote que ab-  
solue potuit illum nō clicere) contractus metu factus, non  
debeat conferi peccatus in validus, tanquam patiens absolute  
defectum libertatis: sed ipsum esse de se, vt absolute libe-  
rum, sicut & absolute validum, si adhuc cetera requirita.  
Pro quo Thomas Sanchez in citato lib. q[ui]est. 6. multos  
authores refert. Qui & argumentis que in contrarium adfe-  
runtur soluti, inde infert nu. 5. per contractus metu etiam  
graui celebratus, transferri dominium: cū per eos tanquam  
validos titulus conferatur: & concurrente cum titulo tra-  
ditione (qua completur alienatio rei) eiusdem dominium  
transferatur in alium: ex lege, Traditionibus, C. De pacib[us],  
& ex §. Per traditionem, Instituti, De rerum divisione.

Posterior vero pars documenti, ex eo probatur, quod fa-  
ctum metu, præsertim graui, sit secundum quid in voluntate  
alii, utpote cui voluntas consentit repugnat, & tan-  
tummodo ob periculum aliquid propositum, quod si ab-  
esse, plane diffentiret. Vnde quia sic factus contractus plerum-  
que solent habere exitus perniciosos, contentancum effra-  
ctioni, vt iudicentur tales esse, qui possint per Ecclesiasti-  
cam, ac etiam per ciuilē potest statuere. Nec refert in  
hac re, illene in cuius fauore celebratus est contractus,  
metum intulerit, an alius juxta illud in lege. Item si cum ex-  
ceptione, ff. Quod metus casu, &c. In hac actione non  
queratur utrum qui conuenit, an alius metum fecerit:  
sufficit enim hæc docere, metum esse sibi illatum: & ex hac  
re, eum qui conuenit, esti criminē careat, luctum tamen  
fensiſſe. Ratio autem additæ particulae (regulariter) inno-  
tescit per duo sequentia documenta, quibus præmittendu-  
mum est, quod ex Panormit ad Cap. Cum locum, De spon-  
silibus, habent Angelus & Sylva, in verbo Metus: ille num. 7. &  
hic num. 8. quodam contractus (vt gratiosos, quorum obli-  
gatio tota pendet ex libera intentione gratificantis) requiri-  
re consensus liberum cum conditione libertatis: ita ini-  
miram, vt consentiens securitate gaudeat, ne per timorem  
dicat sibi placere, quod odit, ex cit. Cap. Cum locum: alios  
vero non requirere talem conditionem.

ITA Q.VE secundum documentum, quod Nauar. in Enchir. præl. 6. n. 6. exprimit, est. Contractus qui requirent consensum liberum cum conditione libertatis, iuualidos esse, seu nihil valere, etiam sine rescissione, si metu fiant. Huius ratio aperta est quam Angelus & Sylu. habent locis citatis: quia metus inducens voluntatem ad id, quod alioqui ipsa aueratur, tollit conditionem libertatis, quæ est de subflantia talis contractus; & per consequens tollit, inuaidumque reddit ipsum. Addunt ictidem post Panormit. ad Cap. Abbas, De iis quæ vi, &c. contractus illius generis esse, primo, opera meritoria. Sed, vi loto e tato refeat Nauar. opus metu factum, quia est actus humanus libere potest aliquando esse meritorium: quando scilicet adfuerint cætera quæ ad meritum requiriuntur: nempe bonum esse, & in statu gratia factum amore Dei supernaturali.

Ideoque primus sit matrimoniū metu contractum, ex Cap. Venienti. & Cap. Cum locum & Cap. Consultationi, De sponsalibus. Secundus, vero & promissio, vel solutio dotti per metum: ex lege. Si mulier, s. si dos, ff. De eo quod metus causa. Tertius, metu facta alienatio rei Ecclesiastica, pta. tertim non seruata forma statuta in Clemen. I. De rebus Ecclesiæ non alienandi: de qua alias, cum de beneficiis Ecclesiasticis. Quartus, votum factum metu humano, hoc est, ab homine ad hoc incusso alii, vt voveret (exemplum sumi potest ex Cap. Perlatum. De iis quæ vi) non item factum metu incusso ex alio respectu, vt Angelus verbo Metus, §. 8. sub finem expressit: & probat, quia Deus non vult, nisi voluntarium, libera voluntate conuersum, argumento Cap. Sicut nobis. De regularibus. Quintus est, iuvidictionis collatio, aut prorogatio per metum extorta, ex lege 2. in principio, ff. de iudicis. Sextus, authořis tutoris per metum item extorta, ex lege 1. §. fin. ff. De authoritate & consensu tutorum. Quos sex tantum huius generis contractus ponit glossa ad predictum Cap. Abbas, per hos versus:

Tutor iudi. i. m. dos. strum. copi. la. votum:

Hac sex vi facit a de iure suis fore nulla;

Cetera ius pastur. si d. possear. si: uentur.

Addantur nihilominus adhuc sequentes, vt septimus sit, absolutio ab excommunicatione per metum data, ex cap. I. De iis quæ vi, in 6. Octauis, testimoniū, cum testes metu sunt in testamento adhibiti; ex lege, Qui testamento ff. Qui testamenta facere possunt, §. finali. Nonus, quilibet contractus, per iniuste incarcerationem initus cum eo à quo detinetur; ex lege, Qui carcere, ff. Quod metus causa. Decimus, elemosyna, & donatio, quæ sua natura postulat, vt gratis & liberaliter fiat. Cui adde paratione cauæ habent vim donationis: vt testamentum, legatum, remissio debiti; quæ non valent in foro conscientiae, nisi carant omni metu: per tradita à Caict. 2. 2. que ff. 32. art. 7. sub finem. His accedit electio certæ ac determinate persona, ex Cap. Vbi periculum, §. Cæterum; De electione, in 6. non tamen electio unius personæ ex his quæ sunt certæ multitudinis. Ratioque discriminis est, quod hic maneat substantia electionis libera, non auctorilic. Itaque quando ciuitas à Tyranno compulsa, magistratum eligit: si quidem metu compellatur eligere certam personam, non valeat electio; sin autem eligere ex certo tantum genere personarum, valeat.

Tertium documentum est. Metum propter quem contractus irritari rescantur possunt, esse metum grauem ab externo principio per iniuriam incussum homini, ad illos faciendo. Metum grauem dico, quia vt in verbo Metus, expressum Angelus num. 13. & Sylu. numer. 9. contractus metu leui facti, si alias sint legitimi, non rescluduntur. Quod tamen verū est, autummodo quod forum exterius, vt iidem insunt: patet per illud quod docet Nauar. in Enchir. 22. n. 51. ad reddendum auctum inefficacem coram Deo, sufficiere quilibet timorem, etiam minorem iusto; dummodo is fuerit causa principalis, & quæ nisi interuenisset, contractus initus non fuisset. Quod adhuc ad excludendam causam, quæ tantum est impulsiua, & sine qua factus fuisset, contractus, licet non ita prompte & facile.

Ex quo documento consequens est, facitque ad illius confirmationem, quo in foro conscientiae restituenda sint extorta per metum leuem. Quod quidem sentientes authores magno numero Thomas Sanchez refert in eodem lib. 4. diffu-

9. m. 4. & confirmat, hac ratione: quia in contractibus, substantia obligationis consistit in consensu: ex lege obligatio- nes, s. de actionib. & obligat. ideoque, vt recte & absque iniustitia incautur, debet concurrere libera voluntasque contrahentis voluntas, quæ iniuste qualicunque metu cogitur. Quare cogens tenerur ad resarcendam eiusmodi iniuriam, recindere contractum, restituto altero & contrahente in suam libertatem præstata, omni metu occasione sublata.

Si queras, vide sint obnoxia restitutioni extorta metu leui, si contractus per eum factus sufficiat, vt ante ostens. m. est, ad transferendum dominium? Respondetur, inde esse, quod à iure, in integrum taliter laesus restituatur per Cap. 2. De iis quæ vi, in cuius fine verba haec habentur. Vnde quia quæ metu & vi sunt, de iure debent in irritu reuocari; mandamus quatenus prædicto ei in integritate restitutas vniuersa.

Si rursus queras, cur in foro externo ad irritationem talium contractuum, metus grauius requiratur, si in conscientia, & coram Deo ob metu leuem irriti esse possint? Respondetur, causam esse, quam Nauar. in Enchir. cap. 17. nu. 29. sub finem tangit: quod si in foro exteriori daretur rescissio auctum ob leuem metum, omnium fere petetur rescissio. Ita Respub. litibus supra modum abundaret: quod est contra iuriis institutionem.

Dicitur deinde in documento (ab externo principio) quia non irritantur contractus, ex eo, quod facti sint metu orti ab interno principio, vnde re. Couar. habet in Epit. 4. De retaliumpa. 2. cap. 3. §. 4. num. 16. & 17. matrimonium quod quis in mortis periculo existens contrahit cum ancilla, vt maiore cura & diligentia eius subueniat in ægritudine, non erit pro nullo habendum, ex eo, quod metu mortis contractum sit, neque alias contrahendum fuerit. Nec item censerit potest matrimonium pulium, quod iuxta consuetudinem sue Gallorum, sive Hispanorum, vt habeat etiam Couar. aliquis damnatus ad mortem contrahit cum publica meretrice, vt liber dimittatur. Idem ex cap. Sicut 2. de regularibus, iudicandum est de voto nuncupato ab agroto. Adde paratione, & ab eo qui in bello, naufragii, aut alterius periculi discrimine versatur. Similiter, i. idem C. uar. num. 13. ad huc habet, captus in bello iusto, pro sua redemptione pretium honestum ac moderatum promittens, non potest se ab obligatione solvendi exim. re, ex eo, quod metu capitutatis id pretium promiserit. Adiuver autem obiter per metum ortum ab in situ principio, hic significari omnem eum, quem homo concipit ex malis, quæ vel non infliguntur illi, vt aliquid faciat: prout accidere potest ægro metuenti mortem, nautæ metuenti naufragium, latroni metuenti suspenditum. Vel infliguntur quidem ea de causa, sed id non constat ipsi; vt accidit metuenti morbos, velalias poenas, quas Deus sepe immittit ad incutendum hominibus timorem, vt conuentantur vel ut aliquid faciant, quod alioqui non erant facti, sed quia metuenti non constat immitti in talem finem; id est metus ipsius censetur ab interno principio oriri.

Dicitur adhuc in documento (per iniuriam incussum homini) quia si cui sua culpa metus sit incussum, ea quæ per talem metum gesserit, tenent: neque ei competit aliquid remedium. Id quod ad Cap. Abbas, De iis quæ vi, nu. 7. Panorm. notat habendum esse pro generali regula. Satis vero ipsum constat ex lege, Mulier, ff. Quod metus causa: cum statuit, quod si liberta contra patronum suum ingrata facta, sciens de situ periclitum, aliquid eidem patrono dederit, vel promiserit, ne in seruitutem redigatur; non esse subveniendum illi contra talem promissionem: quia sua culpa cum metum patitur.

In hac re uitetur cum Angelo in verbo, Metus, n. 10. & Syl. in eodem verbo, n. 6. quod ad forum conscientiae, vtendum est distinctione, vt si metus, quem quis sua culpa patitur, in iste illi incurtiatur (prout sit, cum quæ a teri minor se crimine, quod commisit, accusaturum ipsum, nisi c. ntum donet) contractus non redditur irritus, necq; ex eo nascatur obligatio. Situendi id, quo & taliter acceptum fuerit ab illo, qui donare potuit. Si vero metu quem quis culpa item sua patitur, iniuste illi incurtiatur: vt cum pater, iuueni deprehensi cum filia, minatur se necaturum ipsum (quod in iste quoad D. u. j. cere non potest) nisi eam ducat in uxorem, tali metu contractum matrimonium non teneret; & sic de similibus.

Dicitur

Dicitur ultimo in documento (*ad tales contractus facientes*) ad significandum quod iam ante actum est, contra etum alia de causa principaliter factum, validum esse, etiam si mens intercesserit, tanquam causa impulsu.

**Q U A R T U M** documentum est. In conscientia restituendum esse omne illud quod extortum est per metum: etiam si letis fuerit. Ita sententes magno numero Thomas Sanchez refert lib. 4. de matri. disputatione nona, n. 4. Ratio vero est, quia metu etiam leui contractum extorquens reus est iniuria, cum rem accipiat a reniente; ut pote eam obmetum principaliter dante: qui reatus requirit restituendum fieri, per quam reducatur reus ad pristinum statum; & cogens referat illam in iuriam, contrahente quem coegerit, restituendo in pristinam suam libertatem.

Et hoc autem documento consequens est, quod memoriatus auctor alius citatis habet in seq. n. 17. creditorem condonante partem debiti, ut reliquum recuperet, timens ne totum perdat, culpa aliqua vel fraude debitoris, non relinquere hunc tutum, quoniam tenetur partem sibi condonatam restituere; itaudo nans vti possit occulta compensatio, si nequeat alter restitutionem obtinere. Secus est vero si nullius tamen debitoris culpa, sed tantum vera illius impotencia, ob quam si creditor partem debiti remittat, id censeatur facere voluntarie motus misericordia, non autem timore fraudis & violentiae debitoris.

Adverte vero primo, differet iam inter contractus gratiosos & onerosos; quod in illis aliquid extorquens metu leui, tenetur illud restituere, nulla re sibi redditum, cum nihil dederit: in his autem restituendum sit ei, quod ipse dedit in pretium, commutationemve rei quam metu extortum. Adverte 2. non tantum esse restituendum, quod extortum fuerit per metum; sed etiam resarcendum esse omne damnum inde secutum; quia qui damni causam dat, damnum dedisse censemur: & ideo obligari lege iustitia ad illud resarcendum, si iniuste, propter supponimus, dederit.

Adverte 3. ex syllo. Restitutio. 2. dicto 7. per legem, Metum 3. §. finali. & legem, item si cum exceptione, §. Pediis, ff. De eo quod metus causa: ad restituendum metu extortum, teneri non tantum eum qui extortus; sed etiam omnem alium ad quem res peruenierit. Ratio vero est, quod si per metum tem alienam extortus, nullum ius acquisuerit eam retinendis nec metum passus, ius ad illam sibi vendicandam amiserit pertalem alienationem iniustam: ut argumento est, quod eadem res sit ei restituenda iuxta predicta. Quare ad quemcumque eadem peruenierit, restituenda est tanquam iniuste accepta.

### Documenta de metu reuerentiali, & precibus importunis.

#### SECTIO II.

**P R I M U M** EST, de quo late Thomas Sanchez lib. 4. de matrimonio disputatione sexta, metum reuerentiali quo inferior reuerentia (si superioris) ut vxoris, mariti: si ius, Patris, &c., inducit ad celebrandum contra etum, sufficeret ad hunc invalidandum, seu rescindendum, cum fuerit metus grauius atque cadens in constantem virum. Hoc eadem ratione probatur qua posterior pars primi documenti num. 31. probata est. Difficultas vero est quando reuerentialis metus censensus sit grauius. De qua Sanchez ipse ibidem queat, prima, refert quatuor sententias & bene expedit. Cotentia autem erimus cum codem statuisse pro praxi propositiones sequentes:

Prima est. Metum reuerentiali non esse de se grauem, nec tantam vim habere ad impellendam voluntatem, ut vir constans eo terri debeat. Hanc ille n. 7. confirmat pluribus: sed nobis sufficere potest, quod in Cap. ex literis, De desponsatione impuberum; ad irritada sponsalia, metu reuerentiali parentum inita, ponderenter non solum paterna reuerentia, sed etiam paternae minae: cum dicitur nolens & inuita, minis parentum impulsu.

Secunda proposicio est. Fieri posse attentis occurrentibus circumstantiis particularibus, ut metus reuerentialis absque minis cencetur grauius; ut si est cui debetur reuerentia, crudelis sit, & sevitiam praeseferat, solitusque sit sevire cum non obtemperatur ipsius voluntati. Hanc ille n. 12.

probatur: quia licet minae tunc desint actu: ad sunt tamen virtute, cum probabili timore proxima coactionis, siue illationis mali notabilis.

Tertia est. Magnam lesionem cum metu reuerentiali, etiam si absint minae, omnium contractuum, (præterquam matrimonii), quod ex solo errore personæ, aut conditionis seruillii annulatur, prout docebitur cum ex institut. de eo agetur suo loco) rescissionem operari. Ratio huius est quam habet Couar. ad Cap. Quamvis pactum, tertia parr. §. 4. n. 7. congrueret legi, si superflite. Cod. de dolo malo: quia in taliter facta conventione, dolus presumitur adhibitus, & oppresio quædam: cum non sit verosimile, quod sic contrahens, tanta lesionis voluntarie consenserit.

Quarta proposicio est. Metum reuerentiali adiectis minis, non esse dicendum grauem sufficienter ad rescindendos contractus, nisi mirans solitus sit minas exequi. Ratio est, quod solitus minas iactare, & parum eas exequi, virum prudentem parum mouet. ut pote iudicatur item tales minas vanas nulliusque momenti esse. Ita sententes magno numero Sanchez refert n. 21. In sequenti. 22. addens in dubio, ut quando vir potens, vel magistratus minatur, & de conditione eius dubitatur, sint ne atroc & solitus minas suas executioni mandare; metum reuerentiali pro gravi esse tunc habendum: quoniam is qui tales patitur, iustitia habet timendi causam. Dum enim minatur vir potens, cui reuerentia deberetur, & cuius mores ignorantur, equum non est, quem exponere se periculo graui mali perpetiendi.

Quinta proposicio est. Metum reuerentiali quo quis tacendo censetur in contractum consentire, non esse sufficientem ad invalidandum ac rescindendum eundem contractum: nisi si grauiter praedictus taliter contrahenti. Hac ex eo probatur: quod est patri maxima reuerentia debeat, tam si pro filia praesente & tacentे sponsalia contrahat; ea valent ex Cap. vinco, §. Porro, De desponsatione impuberum, in 6.

Addita autem exceptionis de graui praedictio, ratio eadem est, quæ precedentis propositionis tertia. Proque ea facit, quod ex lege penali, ff. De furtis, habetur: videntur res suas capi, & tacentē ob reuerentiam, agere posse actione furti. Inde enim patet taciturnitatem prouenientem ex reuerentia, non sufficere ad confitendum in praedictum proprium; nisi ipsum modicū sit: ita nimirū, ut possit pro nibilo reputari. Pro qua doctrina Sanchez ibidem n. 35. refert plures auctores. Ex eaque sequitur quod ipse habet in sequenti n. 38. si matrimonium, aut sponsalia essent filio indigna, valdeque ei praedicarent, & ipse taceret ob reuerentiam patris, pro ipso contrahentis non presumi ob solam taciturnitatem, confitendum praebuisse. Solam dico, quia si ad eam confessus interior reuera accedit, valebit contractus tanquam sufficienter voluntarius.

**S E C U N D U M** documentum est. Metum reuerentiali, cum absint minae siue actu, siue virtute iactaz, non sufficere quidem ad rescissionem contractuum iuxta antedicta: sufficere tamen ut detur in foro conscientia obligatio ad restitutio, si effigie in voluntarium maximum, seu volitionem mixtam cum nolitione, saltem conditionali; prout accedit cum quis metu ipso reuerentiali ductus, contentit quæ coactus seu repugnat. Vnde adverte ad eiusmodi metum non sufficere verecundiam, quæ naturaliter inest filii coram patre, aut coram aliis quibus reuerentia debetur: sed ad hoc requiri ut reuerentia inducat metum offendendi patrem, vel alium cui debetur reuerentia, atque pudorem ei contradicendi: vnde fiat, ut etiam si nullum aliud malum timeatur: tamen adhuc voluntate omnino repugnante, & quasi coacte, consensus praebatur. Fundamentum autem quo tale documentum nititur, est; quod eiusmodi metus habendus sit, saltem letis: qui ex praecedenti documento sufficit ad obligationem restituendi quoad forum conscientiae. Item sententes plures auctores citat Sanchez in seq. d. sp. 9. num. 12.

**C O N S E Q U E N T E** tradens corollaria dictis consentanea, quæ paucis attingere pro quotidiana praxi vtile erit. Primum est, in foro conscientie si renuntatio hereditatis paternæ solo quidem metu reuerentiali fiat; sed vere in voluntarie, modo proxime exposito, patrem teneri restituere hereditatem

hæreditatem lic renunciata. Ratio est, quia talis metus, tanquam saltus leuis, sufficit ad rescissionem actus in foro conscientie. Et ita filius, quis renunciarerit, videtur addit, si ei non fiat restitutio, poterit compensatione vni; dummodo prius obtinererit ab Episcopo relaxationem iuramenti, si eo confirmauerit renunciationem.

Secundum est, vxore metu reverentiali mariti compulsa (vt vires offensam illius & iuris) fideiubentem pro illo, non teneri in conscientia seruare talem fideiunctionem, quantumvis seruat sive ea se lenitus omnes requirat ut valeret: quia sunt, ut sit instrumento publico, & accedat iuramentum, ac renunciatio priuilegij Velleiani: de quibus Mol narrat. 2. de iust. & iure dispu. 5. 40. Huius autem corollarij ratio eadem est que præcedit; & eadem limitatio: nempe, vt si vxori velut cöpensatione vri ex bonis mariti, ne compellatur pro eo soluere, ad quod non teneatur in conscientia: prius obtinet ab Episcopo relaxationem iuramenti, quod fidelis bendo præstiterit. Quæ tamen relaxatio, vt idem addit, non erit necessaria, si velut tantum abscondere bona libi necessaria ad vitam, ne omnibus spoliata prematur cœlestis, carendo nec statim: quia tunc non contraveniat fideiunctionis natura: sed tantum ex iusta causa liceat voleat differre solutionem, donec ad pinguiorem fortunam venerit.

Tertium corollarium est: vxorem quæ mariti, & filium, qui patris, ad ipsius mortis instantiam reverentiali metu (timens illius indignationem, aut illum molestiam afficeri) promisit soluere ipsius debita aut legata, alii si nullo modo promissus, non obligari in conscientia ad standum tali promissio. Huius ratio est eadem quæ præcedentium. Quod si promissum in tali casu impleatur per errorem, quo promittens existimat se obligatum; aut maritum vel patrem aliquo in pœnis detinendum, debebit ei restituiri quod dederit; cum esset indebitum, vel voluntatem habuerit illud liberaliter donandi. Secus isti vero si vtro si vxor dicat viro: ne sis sollicitus tuis debitis: & lega quidquid velis; quia deficiensibus suis bonis, soluam ex meis. Nam ea ratione liberaliter concedere viro facultatem disponendi de suis bonis: ideoque tenetur eadem debita & legata soluere: nec metu, nec errore excusante eam quo tale quæ dixerit.

TERTIVM documentum est. Metu reverentiali eadem cadere in eos, qui subsunt alteri, aliquo subiectiōnis iure: vt Clerici, Episcopo, laici: magistri atque filii, patri, ac etiam matre cum fuerit anterior, & sola minas executi: vxor, viro, gener, fecero, nepos, auo, minor annis, curatori: soror aut frater, fratri maiori natura: nepos aut neptis ex fratre, proavo; de quibus idem Sanchez in edicto lib. 4. disput. 6. quæst. quarta. Ratio autem est, quod quando aliqui sunt subiecti, & alij superiori: illi quodam nature præscripto reverentiali quandam & obsequium debeant: ex quo debito timor ac pudor ille prouenit; ob quem horum voluntati illi minus adent contradicere.

QUARTVM documentum est. Preces importunas non sufficere ad inferendum metum grauem, propter quem resinduntur contractus, nisi adiunctas habeant minas aut merum reverentiali, quibus vij. constans (qualis censetur) is qui nec contra rationem pertinax est, nec leuiter ac sine ratione mouetur, terreat merito, secundum ea que sunt in præcedentibus tradita de metu sufficienti ad rescissionem ipsam contractus. Ratio vero esse potest: quod precebus, etiam importunis, non videatur de se tantum vim inesse, vt merito debeant virum constantem permouere. Nam interdum habere possunt quidem vim permouendi virum prudentem, ad aliquid fructum & ineptum faciendum, ut earum importunitatem & tedium repellat: nunquam tamen habere ita exculandi ipsum, vt eo nomine prudenter, ac constanter ad agendum suos dici debeat; cum prudentem ac constanter minime deceat tali modo cogi. Quæ in contrarium obiit posse videntur, Thomas Sanchez de matrimonio lib. 4. disput. 7. refut. nu. 4. & solvit nu. 9. Cuius solutionis summa est, quod tantum probent preces importunas esse quandam quasi coactionem, & violentiam; isdemque dolum plerumque imimicari.

Addit idem nu. 7. si ad preces importunas accedat reverentia personæ petentis, ex ea coniunctione dari causam sufficientem ad consensum extorquendum à viro pruden-

te & constante: quia reverentia personæ petentis vim habet efficiendi pulsillanem ac timidum eum a. non peritur, ne audiat contradicere, petitumque negare. Ita quod non est ita certum, quin contrarium (pro quo idem in præced. nu. 6. aliquo: authores citat) suam habeat probabilitatem. Cum enim de se talis metus solum sit leuis, vt ante habitum est; negari potest: quod tantum vim addat precibus, vt per eas vir prudens & consultans induci debeat ad consentendum, voluntate alijs qui rationabiliter repugnare.

CETERVM quid quid de eo sit; pro conscientia foro nobis sufficit, preces assidua & importunas seu instantissime & se plus repetitas ac inculcatas, vt & reverentiam, metum faltem leuem incurrere - siveque, iuxta antedicta in præced. documento 2. obligationem restituendi per eas obtentum, invenire, ob admixtione mali notioris conditionalis: quia si quæ decit, nullo modo dedisset rogatus, nisi incertus iste talis importunitas: cum dederit, vt supponi ut, repugnante voluntate, & quasi coactus, ad dep. illam a se molestatam, quam eadem importunitas ei adferret: cuiusmodi fuit ea quam à Dalila paſſus est Sampson: de qua dicitur in cap. 16. Iudicium. Cumque molesta esset ei, & per multis dies lugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens, &c.

De hac re plenius agens Sanchez in coem lib. 4. c. spu. 10. admonet nu. 6. eadem corollaria hinc inferri, quæ ante lata sunt ex 2. documento: quia factum precibus importunis perinde admixtum habet voluntariam, ac factum metu reverentiali. Addit etiam consequenter alia duo. Primum. In foro conscientie non valere donationes, quas vir ab uxore paterat à filio, nimis importunitate extorferit. Quod idem iudicium est de aliis, similiter alij quid excoquerentibus. Nec obstat quod pauperes plerumque importunis precibus obtingant elemosynam: quia partu pendit solet talis importunitas: & cleer. ofy na per eam obtenta, communiter datur voluntarie: neque si restituieretur, is qui dedit velle recipere; quod si vellet, inuitusque omnino dedisset, acceptarestituiri ei deberet; nisi si eam, lege faltem charitatis, obligatus fuerit: quemad. idem habet in fine eiusdem disputacionis. Posterior corollarium est. Licentiam per Religiosum precibus valde importunis extortam, ad accipendum vel retinendum aliquid, quando Superior reuera in uoluante consentit, vt importunitatem repellat, alioquin omnino resuratur, non excusat ipsum à proprietatis vicio; itau tunc non sit in conscientia: quandoquidem ea non est voluntaria licentia, sed quasi coacta permissione ad vitandum aliquod matus incommodeum.

Documentum de errore, quo adhuc impedit potest consensus, ne sufficiat ad contractus validitatem.

### S E C T I O III.

PRAENOTANDVM est, errorem speciem esse ignorantiae; dicoque præua dispositionis ignorantiam, ad differentiam alterius, que dicitur pura negationis, quæque ex se nullum requirit præiuam cognitionem; sed contenta est sola negatione notitia: cum error exigat iudicium intellectus peruersum; nec enim excludit omnem cognitionem, scit ignorantia pura negationis, sed solam veram; ita se quem video, existimem pauperem, cum sis diues, ero: sed si te nunguam viderim, nec de te audierim: id ignoratio ignorantia pura negationis. Iam respectu habito ad confitendum in contractum, ignorantia semper est cum aliqua cognitione: quandoquidem confitendum nullo modo esse potest sine previous cognitione: quia nihil volitum nisi cognitum: ideoque ea semper est præua affectionis & error. Qui ad contractum potest habere se aut antecedenter, aut comitanter antecedenter quidem, causam dando contractui faciendo: itau illo non interueniente, hic non fieret: vt cum quis errore ductus, rufifici filiam, quam purat nobilibus parentibus ortam accipit in uxorem. Comitanter vero sic comitando contractum, vt nullo modo ad eum inducat: itau illo non existente, hic nihilominus fieret; vt si is de quo dictum est, rufifici filiam duceret quantumvis talen sciaret.

PRIMVM autem documentum est. Contractu ex interueniente errore comitante, liberi consensus defectu hand labore

laborare censem non esse ob dispositionem contrahentis, qua illum priuisset etiam contrariam notitiam habuisse: ut ex ore duxisset quantumvis rustici filiam sciuisse. Ratio est quia error comitans licet non faciat inuoluntarium, cum non sit causa aliquius repugnientia voluntatis (cuius proinde propensioni ad contrahendum nihil officit) facit tamen non voluntarium, quia excludit cognitionem, quia ad voluntarium est omnino necessaria: quandoquidem nihil volitum esse potest nisi cognitum. Quæ doctrina est D. Thomas 1. 2. quæst. 6. art. 8.

**S E C U N D U M** documentum est. Errorem antecedentem posse in foro faltem conscientiae reddere contractum inuidium non modo cum fuerit inuincibilis, seu qui vincere non potuerit; sed etiam cum vincibilis, seu qui potuerit diligentia exhibita superari. Hoc docet Thomas Sanchez de matrimonio lib. 5. disput. 3. nu. 10. & 13. Ratio vero est quia talis error tollit consensum necessarium ad contractum: cum admixtam habeat voluntatis ab auctorinem: quandoquidem si talis error absit, ille qui eo laborat, contrahere nolle: alioqui enim non antecedens, sed tantum concomitans error censeretur. Negligentia vero admissa in acquirenda cognitione, non obstat quin error sortiatur sicut illum effectus, impediendi consensum necessarium ad contractum.

**T E R T I U M** documentum est. Errorem antecedentem non posse eadem ratione, qua reddit inuidum contractum lege permisum: reddere validum eum quæ lex irritat, facit inuidum: impedendo scilicet, ne quando sis, vim habeat obligatoriam. Hoc probatur quia talis irritatio fit vel reddendo personas inhabiles ad contrahendum: ut consanguineos, ad matrimonium ineundum intra quartum gradum: vel in pediendo ne dominum rerum vniuersitatem, transeat ad alium per contractum: vt ne per emptionem, res pupilli acquirantur ab alio. Ad quorum neutrum requirit scientia, aut voluntas nostra: sed tantum Superioris, inhabilitatem ad contrahendum, vel ad dominium acquirendum, imponens: conditionibus designatis, quæ illam efficiant, eo quod in aliquo homine fuerint inuenta.

**Q U A R T U M** documentum est: sequentibus modis contingere et error antecedens, inuidum reddit contractum. Primus est, si eretur in specie contractus: vt si tibi tradam pecuniam causa donationis: tu vero accipias tanquam mutuam: tunc enim contractum esse nullum habetur ex legi, si ego, ff. de reb. creditis. Secundus est, si eretur in pretio: si in contractu emptionis vel locationis, venditor vel locator maius pretium intelligat quæ emptor vel conductor. Nam ex lege in venditionibus, ff. De contrahenda emptione, contractus est nullus. Tertius modus est si erratum sit circa rem de qua contrahitur: vt si in eodem contractu emptionis, ego putem te emere talem fundum: tu vero putas te alium vendere. Nam & tunc ex eadem lege, In venditionibus, contractus est nullus: Quartus est si eretur in materia & substantia rei: vt si es pro auro vel stannum pro argento ematur. Qui potissimum error impedit consensum: cum voluntas non feratur incognitum: nec contractus valeat nisi in rem de qua sis, voluntas consentiat.

Ceterum si quis putet se aurum optimum emere & illud quod ei venditur mixtum sit ære vel argento, valet venditio: quia non erratur omnino in materia, quæ aurum quodam est. Ita habetur ex lege, Alter, & ex lege, Quid tamen, ff. De contrahenda emptione. Atramen quia illud pro auro optimo emptum, deterius est, iniustitia in eo commissa, refaciari debet restitutio, iuxta legem, Julianus, §. Si venditor ff. De actionibus empi & venditi. Quod si putet quis se mensam ex argento solidam emere: & vendatur lignea vestita laminis argenteis, emptio non valet ob errorem in materia. Qua de re textus est expressus in fine legis. Cum ab eo, ff. De contrahenda emptione. Quod vero attinet ad cetera quæ non sunt de materia & essentia contractus, si error, etiam antecedens & inuincibilis contingat in eis, non censetur vitiare contractum, vt pote quem relinquit in substancialibus integrum, sic ex citata lege, In venditionibus, §. 2. error in nomine, non impedit, quin contractus sit validus: vt quod quis, eam quam sibi deponsat Mariam vocari pu-

tet, cum vocetur Barbara, non impedit quia sponsalia sunt valida.

Documenta de iuramento, quo propositus consensus solet confirmari.

S E C T I O I V.

**D**E HOC ETIAM pro iudicio nobis proposito notanda sunt aliquod documenta. Primum est, pro quo plures authores refert Thomas Sanchez de matrimonio lib. 4. disput. 20. nu. 4. Iuramentum appositum contractibus etiam inuidis, quamvis metu graui extortum sit, obligatorium esse si seruari possit absque peccato, relaxatione neque indigere. Hoc probatur ratione ea quæ tangit in cap. Cum contingat, De iurecurando, & in cap. 2. De pactis in 6. Quod tale iuramentum seruari possit sine salutis æternæ dispendio. Quam rationem locum habet etiam iuramentum fuerit meru extortum, patet: quia tunc quoq; ipsum seruari potest sine culpa: Immo seruari debe, cum metus non impedit ipsius vinculum ex cap. vero, & cap. verum, De iurecurando. Et confirmatur, quia per iuramentum metu extortum obligatio acquiritur Deo, ne ipse in testem falsitatis adducatur, ex cap. Debitorum, eodem tit.

Si quis opponat in cap. Cum contingat, & in cap. 2. citatis, statui: paœta quæ secluso iuramento sunt irrita, seruari debere eo accidente, si præstetur absque vi & dolo, unde sequitur à contrario sensu, nihil esse cur seruentur, si iuramentum accedat, vi aut dolo extortum. Respondendum est inde haberi tantum, pacta non confirmari eiusmodi iuramento, vt irreuocabilia sint; quia nullo negotio reuocantur obtenta dispensatione: cuius dande causam sufficiens præbet metus graui: immo & leuis quoad forum conscientiae, vt disputat Sanchez in memorata d. pp. 20. quest. 2. Et ratio potissima est, quod turpe sit & iniquum, non modo graui, sed etiam leui metu, indebitum extortum: netisque de sua iniuitate reportare debeat commodum iuxta cap. Ad nostram, De emptione & vendit. & c. Tua, De Clericis non residentibus. Eam dispensationem autem non modo Papam, sed etiam Episcopum dare posse: idem Sanchez multis aliis citatis expedit in præced. lib. 1. disput. 32. num. 15. circa medium.

**S E C U N D U M** documentum, quod ipsum Sanchez in ead. disput. 32. num. 3. & aliquid sequentibus eruditè persequitur. est. Iuramentum contractui inuiduo appositum, nonnunquam confirmare illum, nonnunquam non confirmare; ac quando confirmat si forte relaxetur ratione alicuius lesionis; contractus ipse nullominus manet validus: prout indicant verba illa in cap. 2. De pact. in 6. (omnino seruari debet.) Et ratio est, quia iuramentum, tunc paritus, non tantum in ordine ad Deum, ne fiat testis falsitatis, sed etiam in ordine ad proximum, cum quo valide contractum est causa interventientis iuramenti: cuius dispensatione facta Dei nomine iusta aliqua de causa, per Pralatum vicarium ipsius in terris, tollitur quidem prior obligatio, ita ut iuramento contraveniens post eam, à peccato periuiri excusat, sed non tollitur posterior obligatio (quamvis sententiam communem notat Azor in prima part. moral. instit. lib. 11. cap. 7. quest. 5.) itaut contractui ipsi contravenire nequaquam licet; cum validitas illius perseveret. Nam ex regula 73. iuris in 6. factum legitime, retractari non debet: & et casus postea evanescat, à quo non potuit inchoari. Talem contractum autem, legitime factum est, constat argumento, Cap. Cum contingat, De iurecurando, & c. 2. De pactis in 6. in quib⁹ decernitur contractum factum à minore, & alienationem fundat, etiam similia non valerent, debere seruari si iuramento firmiteretur. Quare eidem regulæ congruenter dicendum est, contractum, superueniente exclusione iuramenti sine quo ab initio non valuerit, retinere suam validitatem: ideoque non licere ei contravenire donec iudex, causa plene defessa, minime seruandum esse definierit: prout idem Sanchez ex aliis citatis tangit loco citato nu. 5. in fine.

Cum autem iuramentum non confirmat contractum alias inuidibus, relinquit ipsum in sua natura, tantumque obligat in ordine ad Deum, ne ipse adducatur in testem falsitatis; non item in ordine ad hominem, quia talis obligatio

49.

50.

requirit contractum, ex quo ipsa proueniat: unde in praecedenti casu iuramentum non aliter talem inducit, quam firmando contractum: quod cum non faciat in casu praesenti, nec etiam obligationem inducit in ordine ad nominem. Quocirca ipso relaxato, nihil obstat quin contractui contraeniatur: Non quidem iuramentum ipsum, quod relaxatione extinguitur: nec item contractus, quem supponimus inuidum, nullumque esse. Quando autem iuramentum confirmet contractum quando vero non confirmet sequentib[us] documentis declaratur.

51.

**T E R T I U M** iigitur documentum (de quo ac de sequentibus ex Bartolo Sylvestre in verbo, iuramentum 4. quast. 16. & Couar. late ad Cap. Quamvis pactum, De pactis in 6. parre 2.) est, contractum inuidum ob turpitudinem qua habet contra ius naturale, diuinum, aut humanum (ita nimurum ut impleri nequeat absque peccato) non confirmari iuramento. Pro quo facit, quod ex cap. Inter cetera, 22. quast. 4. iuramentum non sit vinculum iniquitatis: quodque ex regula 58. iuris in 6. non sit obligatorium contra bonos mores prestitum ut censetur cum inuidat ad delinquendum. Exemplum est, ex glossa ibidem, si quis rem suam apud alium deponat, & uret se illam, quantumcumque ab ipso male dissipatam, ab fraudulenter distractam, non reputetur in iudicio: item se occisum partem: nisique faciat, se soluturum centum aureos. Multo vero minus ob ligatorium erit si ipsum seruare sit delictum: cum quo nec cum alterius inuidia iuramentum seruari debere, habetur ex Cap. Cum contingat, De iureiurando. Vnde fit, quia certum est impletionem contractus habetis turpitudinem contra ius, delictum esse ac dispendium salutis: fit inquam, ut negandum sit cum iuramento firmari. Sic ergo iuxta Cap. Debitores, De iureiurando, contractus iuratus de soluendis usuris, non confirmatur iuramento, nec obligationem inducit tanquam omnino inuidus, cum habeat turpitudinem contra ius naturale: prout in praecedenti libro 23. cap. 8. ostensum est. Quanquam tamen usurae ipse propter iuramentorum sunt soluenda, ut satisfiat Deo: sed ita ut soluta repeti possint tanquam indebita, quandoquidem contractus cum usurario factus tanquam inuidus nullum ius ad illas pererit.

52.

**Q U A R T U M** documentum est contractum non firmari iuramento, quando primo & principaliter a iure annulatur in fauorem publicum: quod tunc contingat, cum talis dispositio iuris, est de rebus publicis: ut de equis aut armis vel pecuniis non extrahendis ex regno; tunc enim executio illius, principalius dirigitur in bonum commune: & totius publicae ex ea resultat utilitas. Probatur documentum hoc, ex Cap. Si diligenter, De foro competenti, & ex lege ius publicum, ff. De pactis. Nec enim habet ius publicum priuatorum pactis inuidari non posse. In illo vero deciditur irritum esse pactum iuratum, quo Clericus priuilegio fori renunciatur: eo quod tale priuilegium concessum sit in fauorem totius clericalis status. Accedit ratio quia ex antedictis (& habetur ex Cap. Cum contingat, De iureiurando) iuramentum non confirmat contractum, qui est contra bonos mores aut in praedictum tertium. At ille qui principaliter est contra utilitatem publicam republicae, eidem tanquam cuidam tertio praedicit principaliter. De qua re exempla videri possunt apud Couar. ad Cap. Quamvis, De pactis in 6. par. 2. §. 1. num. 2, 3, & 4.

53.

**Q U I N T U M** documentum est. Iuramento confirmari contractum qui iure inuidatur principaliter ob priuatum bonum contrahentium, & minus principaliter tantum, ob publicum bonum: prout coatingit cum tale ius disponit de bonis priuatorum ad eorumque utilitatem executio illius inmediate dirigitur, ad publicam, vero tantum meditate, tanquam talis, quæ cum toto Recipit, nullo modo obstat, parti ipsius probest. Probatur documentum hoc, ex Cap. Cum contingat De iureiurando, & ex cap. Licet, eod. tit. in 6. Namque in eis decernitur, alienationes rerum dotalium iure ciuili prohibitas, tenere; si mulieres in quarum fauore in tale ius constitutum est, sine metu & dolo eas fecerint, & iuramento confirmaverint. Item ex Cap. Quamvis pactum, De pactis in 6. vbi pactum patri factum a filia dum nupti tradebatur, ut dote contenta, nullum ad bona paterna re-

gressum haberet (quod ius ciuile improbat Cod. De collationibus, lego Pactum) iuramento confirmatum valere dicitur. Ratione item probatur: quia ubi lex edita est in fauore, ut ea censeatur non operata, sufficit constare eum in cuius silia fauorem principaliter respexit, renunciatio suo iuri, argumento Cap. Ad apostolicam, De regularibus. At in eau propositi documenti, ille qui iurat contractum, quem lex fauorem ipsius inuidat, iurando renunciat eidem fauori, ne aliqui perierunt sit. Et ita contractus alias inuidus, accidente iuramento sic confirmatur, ut perinde valeat ac silex eum non reprobareret. Quia de relate differit Couar. in memorato §. 1. numer. 5, & nonnullis sequentibus.

Ceterum tres dantur casus, in quibus documentum istud paritur exceptionem. Primus est, cum ius reprobatur contractum in odium eius, in cuius fauorem iuratur. Quo modo, ex Cap. Debitores, De iureiurando promissio iurata soluenda usuris, inuidalia est: cum ob iuramenti sanctitatem soluta, restituiri debeant: non enim deberent, si esset valida. Secundus est, cum ius redditum irritum non tantum contractum, sed etiam iuramentum ei appositum. Huius exempli videri potest in Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. De regularibus. Tertius est (pro quo Sanech. lib. 1. de matrimonio diff. 7. num. 2. & multo: au hores refert) quando iuramentum appositum est contractui facto in fauorem tertii, qui illum non acceptavit valide: tunc enim, quia accessorium sequitur naturam principalis: sicut contractus includit tacitam conditionem, si is acceptetur: iuramentum eidem appositum, pariter includet: itaut possit ante acceptationem recurrari, ne acceptetur ab alio, & usuuenire potest in promissione facta absentia, quæ nec ab ipso, nec ab alio eius nomine est valide acceptata. Nec obstat quod Deus vocatus sit in testem: quia id nisi factum sit per modum voti, intelligendum est obligare iuxta exigentiam actus, cui tanquam accessionem apponitur.

**S I X T U M** documentum est. Iuramentum metu graui aut dolo extortum, non confirmare contractum. Hoc habetur satis aperte ex Cap. Cum contingat, De iureiurando, & ex Cap. Licet, eod. tit. in 6. Et confirmatur, quia iuramentum non impedit, quin ratione iniuria, talis extortio iure naturæ teneatur ad restitutionem eius quod sic accepterit. Nihilominus probabile est non licere contrauenire tali contractui ante relaxationem iuramenti, quando ipsum fuerit extortum metu: quandoquidem metus non tollit voluntarium. Licere autem cum extortum fuerit dolo: per quem inducitur inuoluntarium. De qua re Couar. ad Cap. Quamvis pactum, par. 3. §. 4. numer. 2.

**S E P T I M U M** documentum est. Contractum perse sine iuramento validum, etiam factum contra prius iuramentum valere ex communi sententia, teste Couar. in sequenti §. 2. n. 3. Et ratio est: quia prius iuramentum contra quod agitur, solum facit ut peieretur contraueniendo: non autem ut inuidus sit contractus: qui cum per se validus sit, non debet censeri robur suum à iuramento accipere. Et ita si quis fecit sponsalia cum iuramento: & post, cum alia matrimonium contrahat, valet matrimonium: ut communem quoque sententiam esse per Cap. Sicut ex literis, De sponsalibus, habet Couar. tum ibidem, tum in Epitome 4. decretalium par. 1. cap. 5. n. nono. Similiter si quis cum iuramento promiscerit Titio se venditum ei domum: si post vendat Caio, valet venditio, si ea compleatur traditione dominus vendite.

Secus erit vero, si contractus factus contra prius iuramentum, per se absque iuramento sit inuidus: quia non potest confirmari iuramento contra prius iuramentum: ne enim illud, contra istud potest obligare: quandoquidem est obligatio ad peritum. Et ita si, qui fecit sponsalia iurata, si alia faciat etiam iurata, non valent: quia seclusio iuramento, sponsalia secunda inuidala sunt per se ex eo, quod alia iam sint contracta. Similiter si qui Titio promisit cum iuramento se venditum ei domum, si idem similiter promittat Caio, non valebit promissio, vt potest per se inuidus ex praecedenti promissione, quæ cum valeat iure naturæ sequentis impletione peccaretur id ipsum ius violando.

**S U P E R E S T O** monendum: duplicitur iuramentum addi posse contractui: vno, si iures te ex animo contra-

here:

herc: vt donare, vendere, &c. sique non confirmare contractum, nec ei robur addere: cum non sit promissorium; sed tantum assertorium eius quod fit. Altero vero, si iures te contractus semper habiturum ratum, nec reuocaturum; & sic confirmare contractum: Qui plenius tractatam materiam hanc cupiterit, satisfacere ei Suarez poterit in tract. 4. de religione libro 1. cap. 28. & aliquot sequentibus. Poterit quoque Thomas Sanchez in Opero mo. ali lib. 3. cap. 11.

## C A P V T V .

De solitis apponi contractibus: que sunt, conditio, modus, demonstratio & causa.

## S V M M A R I V M .

- 56 Quid significetur conditionis nomine, & quibus particularis exprimatur.  
 57 Quia nomine modi, & quibus item particularis exprimatur.  
 58 Quidque nomine demonstrationis, & quid nomine causa, & quibus particularibus exprimatur.  
 59 Que conditio faciat contractum conditionalem.  
 60 Conditio quae est contra substantiam contractus, vitiariat illum redditum in validum.  
 61 Contractus cui conditio impossibilis, aut conditio turpis de futuro apponitur, non valeat.  
 62 Contractus valide sub conditione factus revocari non potest.  
 63 Modus appositus contractui, quid circa illum operetur, declaratur duobus documentis.  
 64 Documentum de demonstratione additum contractui.  
 65 Non ea et contractus factus ob causam existimatam veram, que est falsa.  
 66 Quin validus sit contractus factus ob causam, non obstat quod aliud interuenierit quo cognito non fuisse factus.  
 67 Cum principialis causa contrahendi est falsa, contractus est nullus.

**C O N D I T I O N I S** nomine in hac materia, significatur clausula contractui ad illius suspensionem adiecta, per particulam (*sunt*) aut aliam ei & equipollentem. Exemplum est si dicatur lego Titio, sifuerit Consul. Particula autem & equipollentes conditionales si (ex Sylvestro in verbo Conditionis, quest. 2.) sunt, cum, vbi, quandocumque. Nam lego Titio, cum, vel vbi, vel quandocumque fuerit Consul, eundem habet sensum, cum praecedentem exemplo. Item, (*nisi*) nam vendo tibi librum meum tanti, nisi alius hodie pluris emere velit: sensus est, alius hodie pluris emere velit, non vendo. Item (*aliоqui, a'ias*) nam scriberis mihi librum intramensem, alioqui, vel alias quartam mercedis partem perdes, penae nomine: sensus est, si non scriberis perdes. Item, *aut, res sine, cum alterius sumuntur*. Nam relinquo praedicta propinquia, aut Ecclesia: sensus est, si non sint propinquae, habeat Ecclesia. Item (*quandiu*) nam lego centum Titio in annos decem, quandiu gesserit res haeredis mei: sensus est, lego si gesserit, &c. Item (*dones*), quoque, vel dum fuerit cum filio meo, sensus est, si non fuerit cum filio meo, non lego.

**N O M I N E A V T E M** modi, significatur clausula contractui per particulam *vt, aliam equipollentem, adiecta ad illius moderamen, per oneris impositionem, ex Syl. in codem verb. quest. 3. exemplum est*; si dicatur: *do vel lego tibi domum*, *ut hoc vel illud facias*. Particula vero & equipollentes sunt, *ex eadem in seq. quest. 4. d'umodo: nam, id est, do dummodo facias, do ut facias*. Item, (*ne*) nam Titium instituo haerede, ne fidei commissum ex Sempronij testamento retineat: sensus est, vt non retineat. Item *ad, pr., nam, do ad et, redicandam hospitale, vel pro et dicando hospitale*; sensus est: *do ut et dicatur hospitale*. Item (*in, & nomine*) nam lego titi bin redimendos captiuos, vel nomine redimendi captiuos: sensus est, vt redimantur captivi. Differt autem modus a conditione, *ut nota glossa ad Cap. V. et un. De conditionibus ap. post. verbo, conditione: ne*: quod haec suspendat contractum, ita ut non valeat nisi expleta conditione. Modus vero adiectus contractui, non suspendat ipsum: adeo ut res contractui donata sub modo, statim debeat, sicut inquit peti possit.

**N O M I N E P O R R O** demonstrationis per tradita à Syl. in codem verbo Conditionis, quest. 6. significatur clausula ex aliquo praeterito vel praesenti accidente, reddens nos certos de re qua geritur: *vt si quis leget vxori sericam vestem, quam habet in arca claua*: his accidentibus demonstratur res, de qua disponitur. Similiter, si quis vendat agrem inter hos & illos confines existentem, aut domum palatio proximum.

Nomine denique causa significatur clausula, que adiicitur contractui ad iudicandum illius causam: sicutque talis adiectio per particulam *quia, vel aliam similem*, *vt lego tibi milie, quia negotia mea gesisti*: *vel eo quod filium meum redde institueris*. Potest autem duplex esse istiusmodi causa: quaedam finalis; propter quam scilicet contractus fit: & qua non subsistente, ille non fieret: quaedam vero impulsiva, ob quam nimitem facilius, vel citius, vel libenter fit contractus.

## Documenta de conditione contractui apponi solita.

## S E C T I O P R I O R .

**D E C O N D I T I O N E** notanda sunt pro praxi aliquot documenta. Primum est. Conditionem que facit contractum conditionalem, debere esse expressam: non enim sufficit tacita, ex Sylvestro in verbo Conditionis, quest. 9. per legem, Conditiones, ff. De conditionibus & demonstrationibus. Item debere apponi à principio contractus: non enim sufficit apponere post contractum; quando iam ille partium voluntate dissolvi non potest: quod Syl. habet in sequenti quest. 10. Item debere esse futuro eventu incerto, non auctem de praeterito, vel de praesenti, vel de futuro certo. *q. ale est, si moriar*; quia talia non suspenduntur, cum habeant esse, vel iam in actu positum, vt praeterita & praesentia: vel dependens ex causis ita certis & determinatis, vt licet futura sint, in illis tamē, praesentia quodammodo censeantur, propter certitudinem proueniendi ex illis. Ita sentientes autores magno numero Thomas Sanchez referit lib. 5. De matrimonio disput. 2. numer. 1. b. neque monet num. 3. id non habere locum, si contrahentes existimarent conditionem esse appositam de futuro contingenti, quia contractus effectum conditionis de eventu in certo, tunc sortiretur, ex intentione contrahentium, conditionem apponentium, à qua conditionalis contractus penderet.

**S E C U N D U M** documentum est, *de quo adhuc idem Sylvestris in citata quest. 10. pro eo que faciunt que disputat Sanchez in sequenti disput. 9. 10. & 11. Conditionem adiectam, vitiare contractum, si et fit contra illius substantiam: vt esse censetur, argumento Cap. Tua, Deffonsibus; quando contractus ipse non potest cum ea stare. Quod modo contra mutui substantiam est conditio, vt soluat aliquid supra principale; & contra societatis substantiam, vt lucrum & damnum non sit commune: non vitiare autem contractum, si solum sit contra illius accidentia: quia potest sine eis stare; quandoquidem sublatis accidentibus potest manere substantia.*

**T E R T I U M** docum. est. Conditionem appositam contractui, quantumvis non sit contra eius substantiam, si tamen sit impossibilis, vitiare ipsum: *vt si dicatur, lego Titio centum si manu ccelum tetigerit: nec item si sit turpis; vt si dicatur, haeredem in instituto Titum si hereticus fiat*. Tamen nam haec, quam illa contractum reddit in validum, iuxta ilud quod de Cap. finali, De pacis, dicitur, pactum turpe, vel rei turpis aut impossibilis, de iure vel de facto nulla obligatione inducere. Atque de impossibili est textus expensus Institutus. De haeredibus instituendis §. Impossibilis, & in legge. Non solum, ff. De obligationibus, & actionibus, vbi ratione insinuatur; quod omnium ea cogitatio sit, vt nihil agi existimetur appolita ea conditione, quam sciant esse impossibilem. Et certe talis conditio cuiuscumque temporis sit, signum est manifestum, non adesse consensum ferium in contractu; sed potius dissensum, dum consensus suspenditur per illud quod est impossibile. Nec obstat quod forte conditio paretur possibilis; quia licet tunc consensus serius sit: tamen suspenditur à conditione, que nec exitit, nec exabit. Neque inde oritur alia obligatio (ne peccetur contra conscientiam) quā expectandi eventum, donec conditionem impossibile esse.